Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

7) Manriques Ser. Abbatum Cisterc. in Bonifacio.

8) Datum Lugduni quarto Nonas Maij, Pontificatus nostri anno octavo. apud Henignem in Prov. Ord. Cisterc.

9) Matt. Parisius ad an. 1252: cum jam Conradus filius Friderici omnium fere Italicorum, Calabrium, Sicilorum, Romanorum et Germanorum favorem obtinuisset, Ethiopum proditione infectus; vix est medicorum industria diligentissima a portis mortis liberatus. Erantque, qui dicerent, hoc aliquem Papalem, ignaro tamen domino Papa procurasse. Timebant enim Papales vehementer, ne Conradus patrissans nec paterna in memor persecutionis, adversarios suos redderet retributionem. Factus est igitur Conradus gratiosior omnibus; eo quod Dominus conservaverat eum illesum in tanti periculi discrimine -- Conradus enim Friderici filius, tum propter sui generis preclaram excellentiam, tum propter suam innatam benignitatem, tum propter insuperabilem in militia strenuitatem, audaciam et peritiam preliandi, omnibus Magnatibus acceptus exstitit et gratissimus.

10) Chron. Augustense ad an. 1252: Domina Elisabeth filia Ottonis Ducis Bavariæ genuit Chunrado Regi filium in die Annuntiationis S. Mariæ, et vocatus est Conradus. / Aventinus Chron. germ. l. 7. aliqui

/ Naucleruſ gen. 42.

11) Pernoldus Campl. Chron. ad an. 1251. Otokarus tanto magis pro nuptiis Dominæ Margarethæ institit. Quæ tandem precibus et Consilio Provincialium pro Bono publico cedens, initio Februarii consensit, si Dominus Papa impedimentum tollere vellet (cognationis. -- Statimque nuptiæ in Herimburch VI Idus Aprilis celebratæ fuerunt. Tunc Domina Margaretha protulit aureas bullas Friderici Primi, et Secundi Imperatorum de Institutione Austriæ in Ducatum, et Successione Senioris filiæ ultimi Ducis: et suum jus Otakaro Senioris commune fecit coram Provincialibus. Vide

† supra ad c. X Add. 121.

12) Pergit ibidem Pernoldus: Postea bellum cum Ungaro iterum factum, qui in Austria terribiliter vastavit. Stiriam sibi pecuniis conciliavit pro filio Stephano. Sed hanc provinciam vastavit magna parte Philippus Electus Salzburgensis. Chron. Salisburgense Petrianum ad an. 1252: Comites Tyrolensis et Goriciensis mani potenti Greifenberch castrum obsederunt. Quibus occurrit Dominus Electus Salzburgensis mani valida; inito cum eis campestri certamine ipsos devicit, captivando Tyrolensem, et de Eckheloh Comites cum pluribus ministerialibus et auxiliariis eorum; qui postea magnis conditionibus et pecunia se absolverunt. Otocarus Horneck Chron. Austr. c. 45; ubi